

(2) Hostes sunt & visibiles, & invisibiles, extranei & indigene, &c.

(3) Odium est quandoque licitum, (adversus vitia,) quandoque illicitum & violentum, quale b. l. vid. v. præcept.

(4) Quò plures insensioresque hostes, eò promptior ad amandum Deus, si seriò invocetur per indefessas preces: Deus enim est charitas ipsa. 1. Joh. IV, 8. 16.

USUS E VERSU XX.

(1) Custodia contra mala, ne obruant, & ereptio è malis, ne nos pessudent, à solo obtinenda Deo per pias preces.

(2) De erubescentiâ seu pudore vers. 2.

(3) De fiducia in Deo vid. I. præcept.

USUS E VERSU XXI.

(1) Integritas, hypocrisi opposita, præcipuè coram

A Deo καρδιουργίᾳ observanda religiosè: adversus proximum verò agendum sine dolo ac mendaciis, secundum generalem Christi regulam: quæcunque volueritis &c. Matth. VII, 12. Conf. Psalm. X, 7. XXXIV, 4. LII, 5.

(2) Rectitudo nos moneat conformitatis cum divinâ voluntate quoad credenda, facienda, fugienda, conf. Job. I, 8.

(3) De spe vid. I. præcept.

USUS E VERSU XXII.

(1) Redemptio non pro nobis solum, sed & pro toto Israële seu Ecclesiâ à Deo petenda. L. de precibus communibus.

(2) Redemptio vel fit in tempore, vel fiet tempore omni per consummationem seculi finitò, ubi & corpore & animâ plenariè redempti glorificabimur.

PSALMI XXVI. DISPOSITIO.

Innocentia justi. Pius odi hypocrisin.

P Salmô hóc suam David innocentiam adversus criminationes calumniasque hostium varias coram Deo iudice solenniter tueretur, ita ut

I. Petitio fit: ô Deus (a) *judica me*: ratio: *ambulavi in integritate meâ*, absque dolis aut machinationibus: vers. 1. *confisus sum* non propriis viribus, sed *in Domino*: ibid. *non nutui*, aut nutavi, per inconstantiam: ibid. (b) *proba me*, vers. 2. (c) *tenta me*; (d) *liqua renes atque corda*: ibid.

II. Expositio innocentiae, præter modò dicta, quoad (1) *meditationem divinæ gratiæ*. vers. 3. (2) *ambulationem in virtute divinâ*, ibid. (3) *Conversationem honestam*: non

B *fedi cum vanis*, vers. 4. *nec veni ad subdolos*, ibid. *odi malignantes atque impios*; vers. 5. (4) *manus servavi puras*, vers. 6. (5) *altaria tua frequentavi*: ibid. idque tum tuæ laudis, tum commemorationis mirabilium tuorum causâ, vers. 7. (6) *tabernacula tua adamavi*, vers. 8.

III. Denuò deprecatur (1) violentam cum sceleratis extirpationem, v. 9. 10. quibus opponit suam integritatem, v. 11. (2) rogat *redemptionem*, (3) *commiserationem*, ibid.

IV. Denique pollicetur gratitudinis locò, tum in bono constantem perseverantiam, vers. 34. tum solennem Dei celebrationem, ibid.

PSALMUS XXVI.

EXPLICATIO VERSUS I.

יָדַעְתִּי *Judica me*: h. e. instar justi iudicis me innocentem, ab adversariis graviter inculpatum & oppressum, libera, tum manifeste innocentiam meam, judicialiter veluti, declarando, tum executionem in adversarios meos severè suscipiendo. Non enim David híc provocat ad iudicium Dei legale erga suam personam absolute instituendum, ac si juxta ejus rigorem & juxta propria sua opera, tanquam plenè innocens, velit iudicari, sed petit in certâ contra corporales suos hostes causâ, & potissimum in relatione ad Saulem, qui iudicem supra se in terris agnoscebat neminem, itemque ad criminationes adversariorum truculentas, ut Deus arbiter veluti justusque iudex esse ibidem velit, suæque innocentiae suscipere patrocinium. Similes loci *Psal. XVII, 2. IX, 5. seq. VII, 9. XXXV, 24.* Aliàs supra *Psal. XIX, 13. XXV, 7. CXLIII, 2.* & alibi rigidum illud Dei iudicium seu examen personæ suæ ac factorum David humiliter deprecatur. Confer *Job. XXV, 4.* Atque sic hóc locò agi de justitiâ non personæ, sed causæ, agnoscit etiam Muis Papistæque alii cordatiores.

בְּיָדַי *in integritate meâ*: h. e. sine dolo pravisque technis candidè hactenus cum adversariis meis fui conversatus, & pro viribus inculpabilem me præstiti in officio meo, ita, ut coram hominum iudiciò de meâ integritate confiden-

ter (ad exemplum Danielis, c. VI, 5.) possim gloriari. De nomine **יָדַעְתִּי** *Psal. XXV, 21.* Nimirum non exprimitur eòdem *Perfectio*, quam alii distinguunt in *Via & Patriæ*, in absolutam & comparatam, in graduum & partium, &c. sed simplicitas opposita hypocrisi, ubi verba & facta dissonant, ubi cor cum labiis non semper conspirat; id quod pluribus ostendit Haksplanus *in ann. b. l.* Affixum (**יָדַעְתִּי** *mea*;) habet emphasin, q. d. in solitâ meâ integritate, quam inde à teneris semper colui, cuncta fraudulentiae infensus ex animò, semper hactenus inaccessi atque perstiti.

וְכָל הַיָּמִים *incessi*: h. e. cunctas meas functiones obivi, vel totam meam vitam composui. *Ire* enim pro vivere, & *via* pro vitâ ponuntur frequentissimè; *Gen. XVII, 1. Ps. I, 1.* &c. *Ire*, pro consuetum esse, observat inter alios Muis ad *Psal. XV, 2.* Masora marginalis *pathach* cum *athnach* híc concurrere observat.

וְיָדַעְתִּי *in Dominum*: h. e. in te: præcessit enim secunda persona verbi: *judica*. Est ergò enallage personarum; vel locò pronomini ponitur nomen ipsum antecedens.

וְיָדַעְתִּי *spem*: vel fiduciam locavi; meminit hujus affectus, non tanquam boni operis cuiusdam meritorii, sed partim in comparatione ad hostes, carnalibus suis præfidiis innixos, partim ad commovendam iudicis clementiam, ne se patiatur succumbere in causâ justâ, triumphantibus

è diver-

Q